

dicionis exstiterit, inpedimenti obstaculis aut in[o]portunis precibus seu verbis minatoriis fatigentur, set abbatissa, que pro tempore fuerit, nomine conventus secundum deum sine obligacione qualibet pacti seu promissi debet ecclesiam ad eandem, cum vacare contingeret, personam ydoneam libere presentare. — Ut autem hec omnia a nobis et nostris suc-
 5 cessoribus inviolabiliter observentur, presentem litteram scribi jussimus nostrorum sigillo-
 rum muniminibus roboratum. Actum et datum anno domini m° ccc° vi° presentibus
 Renzcone de Gueick, Lutero de Scriversdorp militibus, Henrico preposito in Gransey et
 aliis fide dignis.

8.

10 *Der Ritter Heinrich Herr zu Kamenz eignet dem Hospitale in Kamenz eine durch den Priester
 Petrus, den damaligen Verweser desselben, mittels milder Beiträge Gläubiger erworbene Hufe Acker.*
 1313 Apr. 24.

*Hdschr.: Or. Perg. Klosterarchiv Marienstern No. 121. Das S. (Abbildungen Figur I) an einem Pergamentstr., der
 durch Abtrennung des unteren Randes der Urk. gebildet ist.*

15 In nomine domini amen. Quoniam ex mutacione temporum ac generacionum
 transitu temporales actus et gesta hominum in oblivionem || rediguntur, opere precium est
 et omnino cautum, ut ea, que in longevam ducenda sunt noticiam, instrumentis evidencie
 muniantur. || Hinc est, quod nos Heinricus miles et dominus in Kamencz ad perpetuam
 deferimus noticiam universis presentem litteram inspecturis, || quod dominus Petrus sacer-
 20 dos, tunc temporis provisor nostri hospitalis in Kamencz, obtento super eo nostro consensu,
 unum mansum agri ad jam dictum hospitale causa melioris sustentacionis infirmorum erga
 Hermannum Gozwini cum elemosinis fidelium comparavit. Nos vero cupientes operi
 misericordie promocionis operam adhibere, eundem predicto hospitali mansum apropria-
 vivimus et contulimus, sicut ceteros suos agros, quos a prima sui fundacione habuit, perpetuo
 25 possidendum. In cujus rei evidenciam presentem litteram sepe dicto nostro hospitali
 conscribere fecimus nostri sigilli munimine roboratam, adhibitis testibus videlicet Heyn-
 manno de Blochsdorf et Hermannno de Bichschofheym militibus, Henrico de Richenbach,
 Conrado de Stupicz, Thyzcone de Reno, Johanne de Kunegesbrucke, Rulcone scriptore
 et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno domini m° ccc° xiii° in die beati Georgii
 30 martiris, nono kalendas mayi.

9.

*Der Ritter Witego Herr zu Kamenz eignet dem Hospitale bei der Stadt Kamenz alle Güter, die
 es im Dorfe Bernbruch besitzt, befreit dieselben von allen Abgaben und bestimmt, daß, wenn das
 Hospital irgend zu Grunde gehen sollte, diese Güter an das Kloster Marienstern fallen sollen.*
 35 1315 Apr. 14.

*Hdschr.: Or. Perg. Klosterarchiv Marienstern No. 123. Das S. (Figur II.) an einem Pergamentstr., der durch Los-
 trennung des unteren Randes der Urk. gebildet ist.*

In nomine domini amen. Quoniam sicut aque defluentis preterit figura hujus
 mundi, rerum gestarum memoriam secum trahens || in oblivionem, cautum est, ut, que